

XCVI

Contemptus in deum.

Quod deus ad pœnas non pronus sequitur amaras.  
Crimina quæ hominū sepe impunita relinquit:  
Non ideo stolidam præbet tibi vellere barbam:  
Nec deus ignoscit sceleri: quin puniat olim.



Contemne  
re deum.

Quid tūmet con-  
tra deū spiritus tuus  
ut proferas de ore  
tuo hominū sermo-  
nes? Nō est in ho-  
minis potestate  
prohibere spiritum  
Nec habet potestatem  
in die mortis. Nec  
sinit quiescere in  
gruente bello. Ne-  
que saluabit impie-  
tas impiū

Quis tolerare queat fatuos? qui sepe tonantem  
Contemnunt verbis: & certant murmure contra:  
Noctes atque dies patris mandata superni  
Confundunt: lingue petulantia verbaque promunt.

Iob. xv.  
Ps. cviii.  
Ecc. viii.  
Exodi. xvi  
Daniel. iii